

Hom 1759.  
185,45

# INDEX

## SANCTÆ AMICITIÆ

Gaudentis de præsentia,  
Durantis in absentia,  
Juvantis in egentia,

*QUEM*

ALMA soDaLItas VrgInIs ab angeLo  
saLVtatæ

In Cæsareo , & Academico Societatis JESU Collegio  
Vetero - Pragæ ad S. Clementem erecta & confirmata,  
sub annum piorum suffragiorum pensum exhibere  
consuevit,

*Funebri Panegyrico propositus*  
à

MARTINO JOSEPHO VATTER,  
AA. LL. & Philosophiæ Magistro , SS. Theologiæ Bac-  
calaureo formato Curato Lidicensi,

Anno

A partV DelparentIs Marlæ sIne næVo ConCeptæ,  
Pestls Mortiferæ ConstrICtI qVando FVrores,  
QVo pariter paCIs gaVDla grata MiCant.

---

PRAGÆ, Typis impressit Carolus Joannes Hraba, Anno 1714.



HONORI  
*AC*  
VENERATIONI  
REVERENDISSIMI & CELSISSIMI  
PRINCIPIS  
*DOMINI DOMINI*  
FERDINANDI  
*é*  
COMITIBUS  
*DE*  
KHVNBURG  
Archij-Episcopi Pragensis, Legati Nati, Sac:  
Rom: Imperij Principis, Regni Bohemiæ  
Primatis, Universitatis Carolo-Ferdi-  
nandeæ Pragensis Amplissimi,  
Perpetuique Cancel-  
larij: &c.



M.S.

REVERENDISSIME, ac CELSISSEME  
**PRINCEPS**  
DOMINE DOMINE  
**CLEMENTISSIME.**

Aristot: apud  
Joseph Lan  
giūm Flori  
leg: Mag:  
tom: 1. tib: 1.



Uanquām multas fæ-  
pè amicitias silenti-  
um diremerit, Sancta  
tamen Sodalium Ma-  
rianorum Amicitia u-  
tì dirimi nequit, ità  
sileri non debet; hinc quia me de hac  
lo-

loqui vult Alma Sodalitas Virginis Dei-  
paræ ab Archangelo salutatæ , voluit  
pariter , ut Tuo Reverendissime , ac  
Celsissime Princeps loquerer Honori,  
ac Venerationi. Vererer equidem  
Oratorum ego Omega cum defunctorum  
Umbris accedere , nisi & eas sci-  
rem Umbras Amicorum , quibuscum  
nuper Fædus Amicitiæ sub Divinissi-  
ma *Fæderis Arca* sanxisti , & nisi fa-  
ventissimis Clypei Tui *Globis* Almæ  
Sodalitatis scopum me tangere posse  
Tua etiam in infimos Comitas , animos  
addidisset. Dum proinde sub Tuis  
Clementissimis Reverendissime , ac  
Celsissime Princeps , auspicij , de Sancta  
Sodalium Partheniorum Amicitia lo-  
qui audeo , simul cum integro Corpo-  
re Mariano ( Cujus ego portio infima )  
summos amicæ semper fortis favores  
re.

reverentissimè advoveo; Faxint etiam  
Superi, ut ad utriusque Reipublicæ e-  
molumentum, Avitæ Profapiæ glori-  
am, Almæque Sodalitatis nostræ decus,  
inter beatissimam Longævæ vitæ in-  
columitatem, *Cardines* Tuos Gentili-  
tios, quos nunc sub Pallio fulgere gau-  
diosissimè conspicimus, sub Pileo, ru-  
bere quâmi citissimè gratulemur. Ità  
submississimè precor

*Reverendissimæ Celsitudinis*  
*Tuae*

InDignissIMVs CapellAnVs

MARTINUS JOSEPHUS VATTER,  
Curatus Lidicij.

PA.



# PANEGYRICUS.

**T**erúmne tuæ, ò atrocissima Mors !  
falces in lamentabiles exacuuntur stra-  
ges ? iterúmne hebetati nuper ligones in  
novos cuspidantur tumulos ? iterúmne  
venenata pro mortalium pectoribus  
cuduntur tela ? iterúmne fatales nobis  
parantur sandapilæ ? iterúmne recentia, proh dolor ! me-  
ditantur funera ? quòd denuò lituos in tristissimas animes  
nænias, tympana in raukos cieas threnos, aulæa in levco-  
phæas mutes umbras, elogia in luctuosa vertas epicedia,  
basilicam hanc in doloriferum transformes Mausolæum,  
Sarcophagos in mæstos exstruas suggestus, & ipsas exani-  
mes mortuorum larvas in horrificum evoce trium-  
phum ? Ah ! *Infandum Libitina jubes renovare dolorem !*  
(a) quem paulò antè plusquam Semestri clade hacce in <sup>(a) Virgil.lib.  
1. Aeneid.</sup>  
Tripoli cordi nostro tam altùm infixisti, ut etiamnum  
plurima habeamus, quæ deplorentur. *O Mors ! quam  
amara est defactò memoria tua !* (b) *Amara est : id hodie dum* (b) *Eccle.cap.  
infaustæ lamentantur pupillorum orbitates ; Amara est : 41.  
id hodie dum coactæ querulantur conjugum viduitates ;*

*Amara*

*Amara est* : id hodiedum inconsolabiles ob abrepta chara  
pigniora patrum , matrūmque ingeminant singultus ;  
*Amara est* : id hodiedum commiserabiles in Curijs super-  
stitionis Orphanorum testantur tumultus ; *Amara est* : id  
hodiedum frequentes profundō silentiō loquuntur  
ædium vacuitates ; *Amara est* : id hodiedum inacceptæ  
multorum innuunt hæreditates ; *Amara est* : id hodie-  
dum manca , imò Sancta ostentant Defunctorum testa-  
menta ; *Amara est* : id hodiedum repetita sæpius vivo-  
rum consonantlamenta ; *Amara est* : id hodiedum de-  
flua pullarum vestium portendunt Syrmata ; *Amara est* :  
id hodiedum penè deleta non paucarum familiarium  
stemmata ingemiscunt. Eloquere ! Si alta mente repos-  
itus finit dolor , eloquere afflittiſſima nuper Czechiæ

- (c) *Thren.* 1. *Solyma ! quis tunc tanta te oppreserat amaritudine , ut  
v. 15. plorans ploraris : abstulit omnes Magnificos meos Dominus*
- (d) *Reg.* 15. *de medio mei ? (c) nónne amara mors ? (d) quis tunc causa ,  
v. 32. quòd obscuratum sit aurum , quo micabas in amictu , quòd*
- (e) *Thren.* 4. *mutatus fit color optimus , (e) quo pingebaris in vultu ?  
v. 1. nónne tenebrae & umbra Mortis ? (f) quis tunc tam invi-*
- (f) *Feb.* c. 3. *sam incolarum tuorum superinduxit metamorphosim ,  
v. 5. quando denigrata est super carbones facies eorum , & non*
- (g) *Thren.* 4. *sunt cogniti in plateis : adhæsit cutis eorum ossibus , arruit , &  
v. 3. tunc tam rigidam civibus tuis perfusæ sit pænitentiæ novi-*
- (h) *Apoc.* 13. *facta est quasi lignum ? (g) nónne plaga mortis ? (h) quis  
v. 3. tunc tam rigidam civibus tuis perfusæ sit pænitentiæ novi-*
- (i) *Thren.* 2. *tatem , quando sederunt , imò submissæ palam flexerunt  
v. 10. in terra , conticuerunt senes - consperserunt cinere Capita sua ,*
- (k) *Reg.* 5. *accincti sunt cilicijs , abjecerunt in terram capita sua ? (i)  
v. 12.*
- (l) *Thren.* 1. *nónne pavor mortis ? (k) quis tunc tam lugubrem platearū  
v. 4. tuarum effecit faciem , quando viæ earum populi fre-*
- (m) *Psalm.* *quentiæ evacuatæ lugebant , eò quòd uon sint , qui veniant  
v. 5. ad solennitatem ? (l) nónne formido mortis ? (m) quis tunc  
tam*

taim dira pectori tuo inflixit vulnera, ut gemebunda mul-  
tum ingeminares : *Sacerdotes mei, & Senes mei in Urbe con-* (n) *Thren: 1.*  
*sunt iijunt?* (n) nónne dolor mortis? (o) quis tunc tam <sup>v. 1. 9.</sup>  
innumerā, ad uberrimos oculorum imbrēs, parvulo- (o) *Psal: 114.*  
rum multiplicabat funera, cūm deficerent quasi vulnerati (p) *Thren: 2.*  
*in plateis civitatis: Cūm exhalarent animas suas in sinu* <sup>v. 12.</sup>  
*matrum suarū?* (p) nónne tormentum mortis? (q) quistunc (q) *Sap: 3. v.*  
tam lethaliter intoxiciabat prandiorum, cænariumque <sup>i.</sup>  
fercula, ut plurimos corruisse fleveris, quando adhuc es. (r) *Psal: 77.*  
*cæ eorum erant in ore ipsorum?* (r) nónne per frequenter <sup>v. 3. 0.</sup>  
*mors in olla?* (s) quis tunc tam immobilis futurus erat a- (s) *4. Reg: 4.*  
nimi, ut etiam Caucaso durior in compassivum Tecum <sup>v. 4. 0.</sup>  
non mollesceret affectum, quando examiniata doloribus  
voce querebaris : *videte dolorem meum, virgines meæ, &* (t) *Thren: 1.*  
*juvenes mei abierunt! & quò? nónne in captivitatem* (t) <sup>v. 1. 8.</sup>  
mortis? quis tunc tam securus periculi, etiam illorum,  
qui patulas alioquin domūs fores obserârunt, *texerunt e-*  
*am, & statuerunt valvas ejus, & seras & vedes?* (u) nón- (u) *Ezdr: 1. 2.*  
ne etiam haud rarò ascendit mors per fenestras? (w) Elo- <sup>c. 3. v. 3.</sup>  
quere tandem & Tu ô Alma Sodalitas Virginis ab Arch- (w) *Jerem:*  
Angelo salutatae! quis tunc tam immaniter etiam tuis pa- <sup>9. v. 2. 1.</sup>  
sim insidiabatur filiis, quando *senes defecerunt, - - &*  
*juvenes de choro psallentium,* quando *versus est in luctum*  
*Chorus Marianus,* quando *dies multos plena amaritudine* (x) *Oje: 3. v.*  
sedebas sine sacrificio, & sine altari? (x) quando <sup>4.</sup>  
solita sacrificiorum officia, (y) & officiorum sacrificia (y) *Hebr: 9.*  
tutis non licebat consummare, quid, inquam, tunc Ti- <sup>v. 6.</sup>  
bi insidiarum? nónne laquei mortis? (z) En quanta, e- (z) *2. Reg: 2. 2.*  
heu! paucis abhinc mensibus mortis depopulatio! Etho- <sup>v. 6.</sup>  
die iterum necdum saturahumanorum cadaverum Libi-  
tina infastā nobis recoquis cramben, dum hoc funera-  
li suggestu quasi de nova triumphatrix clade superbis? Ah  
B sat

*sat funeri tandem! sat lachrymis!* sat est datum doloribus!  
siquidem non pridem nobis tuô luiferô ferrô incisa cicatrices ad magnos usque moerores etiamnum oportet intueri. Imò verò honorandissimi DD. Sodales Marianni , sit licet hæc ambitiosa triumphaturientis Libitinæ pompa, Vobis esto InDeX sanCtæ AMICItIæ , qua in Virgine DEI para Confœderati ad consueta pietatis munia congressi de Vestrorum Consodalium gaudere soletis præsentia, qua etiam pari cùm devotionis studio necslitudo Vestra Parthenia durat in absentia , qua tandem munificentissimè Fratribus tum vivis , cùm vitâ functis succurrere novistis in egentia. Tuo proinde lubens relinquo judicio , Alma Sodalitas Mariana , utrùm deplorandam sit exercita in Filios tuos Mortis inimicitia , an verò Eorum Tecum promptissima opem ferendi , præsertim pijs defunctorum Manibus , magis deprædicanda sit Amicitia. Pace Vestra , honorandissimi DD. Sodales , utrumque dicere connitar , favete.

**O** Instabiles vitæ nostræ vicissitudines ! o stabilissimas  
insidiatrixis Mortis vices ! vix orimur , morimur :  
*vix nascimur , denascimur : vix vitâ fungimur , & de-*  
*fungimur.* Hodie plurimi *quæsi navis poma portans* (aa)  
*v. 26.* in mundi æquore dulcissimas inter vitæ , sortisque undas  
ludibundè vagantur , cras ut infelices naufragij reliquiæ  
*in arena , imò area mortis tumulantur.* Hodie plurimi  
*quæsi flos* (bb) in orbis Labyrintho ad Cunctorum deli-  
*14. v. 2.*  
*(cc) Isa: c.* cias florescunt , cras *sicut fænum agri* (cc) sub inevitabili  
*37. v. 27.* mortis falce marcescunt. Hodie plurimi *ut lampas ar-*  
*(dd) Dan: 10. dens* (dd) ad gratissima multorum solatia lucent , cras ut  
*v. 6.* horrifacia sceleta sepulchrales inter cineres lugent. Rosa ,  
Regina florum , vitæ humanæ ephemeras est : can-  
descens

descens illa pompa , illa ambitiosa purpura , quibus vesti-  
tur , sunt pro tempore matutino fasciae , pro meridie or-  
namentum , pro vespere syndon sepulchralis . Homo  
quantæ amabò est stabilitatis ? ut in aura fumus , ut in ter-  
ta fungus , ut in æte tonus , ut in cheli sonus , quæ vix  
mensurabilis temporis spatiō adsunt , & absunt , prodeunt  
& pereunt . Homo quantæ est durabilitatis ? ut de cælo  
fulmen , ut de monte flumen , ut de nube fulgur , ut tor-  
menti murmur , quæ in noctu oculi labuntur , & dilabun-  
tur , apparent , & disparent . Homo quantæ est longævi-  
tatis ? ut firmitas vitri , ut venustas citri , ut nivis candor ,  
ut bullæ splendor , quæ pauculis horæ punctis nitescunt ,  
& evanescunt , videntur , & ridentur . Homo quantæ est  
diuturnitatis ? ut terræ vapor , ut mellis sapor , ut iridis  
color , ut brumæ calor , quæ non multis diei momentis  
ludunt , & illudunt , rident , & irident . Terreus quippe  
halitus est omnis vitæ nostræ status , levi aurâ in altum è  
terra extollitur , mox in eandem relapsurus ; est momen-  
tanea exsilentis aquæ pompa , ope quidem Hydraulicæ  
etiam vertices turrium lambit , mox ad basia vallium re-  
fluxura ; est brevicula aëris serenitas , in omnium quidem  
animantium exhilarationes promicat , at mox in tristes  
umbras reversura ; est igneus Phæbi nitor , paululùm qui-  
dem ad solamina terræ marisque coruscat , at mox in atras  
noctes funeralis . Ita est : tam *vita summa brevis* , (ee) (ee) *Horat: i,*  
ut in Hebræorum *Metin* libeat metiri vitæ subsistentiam ,  
qui unicō vitam & mortem punctō congruentissimè dif-  
ferunt : siquidem *vita punctum est* , & *adhuc puncto minor* .  
(ff) Priùs proindenodum in scirpo inveneris , quām ut (ff) *Seneca,*  
indissolubilem vitæ plus quām Gordium tibi nodum ne-  
xueris ; priùs Herculi clavam extorseris , quām brevitati  
imminens mortis spiculum declinaveris ; priùs terram

volare feceris, quām irrevocabile vitæ tempus à volatū  
(gg) M.Var. stiteris; prius pariet locusta lucam (gg) quām tu tibi in terris  
ro de ling:La aut stabilitatem, aut immortalitatem. Quisquis stas,  
tin: lib: 3. ex instabilitate tua etiam incognita in cineres ruis; quisquis  
Ennio. natus es, sepulchro destinatus es.

(bh) Phocyl. Enīm verò si vita rot(a) (hh) est, quis sibi firmam spon-  
des. deat stabilitatem? opinione tua celerius verteris, & in

pulverem sepulchralem reverteris; si scena est hæc vita,  
(ii) Lucinius. (ii) quis sibi longas polliceatur moras? votis tuis citius e-  
luderis, & vitæ epilogum ludere cogeris; si cæcum quid,  
(kk) Menan. & miserum hominibus vita (kk) est, quis sibi longævas præ-  
der. videat prosperitates? velle tuō velocius laberis, & iater  
umbras mortis prolaberis; si ita vita est hominum, quasi

(ll) Terent: incūm ludas tesseris, (ll) quis diuturnas sibi præfigiat sortes?  
Adelph: advertentiā tuā magis hōcce in lusu perdes, ut tandem ex-  
periri oporteat, tibi nihil superesse, nisi sepulchrum; si

(mm) Lipsius est mare quoddam hæc vita, (mm) quis sibi multūm duratu-  
Cent: 2. adras promittat securitates? cogitatū tuo ocyiū inter quo-  
Belg:epist: 33. tidianos periculorum fluctus in vortices ibis, ac naufra-

(nn) Ezech' gus sepulchra in novissimis laci (nn) reluctans videbis; si  
32. v. 23. vita præsens non est melior carcere, (oo) quis sibi sacerulares  
(oo) S. Chry- hīc præfigat libertates? spe tua prius statutam in te mor-  
sōst: hom: 46. tis sententiam senties, & viam universæ carnis, invitus  
ad Hebr: licet, finies. Vita brevis est homini, quasi somnium fugax,

(pp) Pius (pp) ô quām vana sunt somniorum omnia! nunc pluri-  
Pont:epist:lib:mus fuitiles inter Morphi jocos ut Codrus vituperatur,  
ep: 110. nunc ut Epulo græcatur, nunc ut Plato Philosophatur,

nunc ut Tullius laudatur, nunc ut Alexander gloriatur,  
nunc ut Cæsar coronatur, nunc ut Cræsus ditatur, nunc  
ut Cato honoratur; sed quem nox hesterna ita lusit, sub-

(qq) Lipsius secuta hodie aurora subito illusit: en tam fugax est vita  
cent: 3. ad nostra! Vita hæc ut rosarium est, (qq) ô quām brevis rosa-

Belg:ep: 45. lij

rij & rosæ gloria ! nunc rubescit , rubens flaccescit , flae-  
cens arescit , arens pulverescit , pulvis evanescit : en tam  
labilis est vita nostra ! *Vita est velut avicula* , (rr) quæ nunc (rr) *Ide cont:*  
*amænè jocatur , jucundè modulatur , hinc sollicitè edu-* *.. ep: 4.*  
*catur , & multùm amatur , at inter hæc media alatae vo-*  
*luptæ solatia dulcis hic musurgulus evolat , & avolat , ac*  
*jucunditatem luctu coronat : en tam inconstans est vita*  
*nostra.*

At nîl mirum : hæc enim vetus in genus humanum  
sævitia , ac tam *rigidum jus est* , & *inevitable mortis* , (ff)(ff) *Ovid: ad*  
ut eodem , quo utero egredimur , momentô meta fia-  
muis pro sepulchro ; *seriis videlicet , aut citius metam pro-*  
*peramus ad unam*. Cæcus est osseus ille nostri generis ty-  
rannus , non reveretur purpuram , nec corona & sce-  
triterretur majestate , sine discrimine tam regio , quam  
plebejo capiti fatali ferrô iminet . Surdus est , nec precibus ,  
nec lamentis flectitur . Excors est , nec ullis lachrymarum  
profluvijs movetur . Iniqua mors est , omnesquidem infe-  
quitur , sed non omnes unâ assequitur horâ ; alijs in sera pri-  
mùm sene&tæ vespera pedes adventat : *ante faciem ejus ibit* (tt) *Habac:*  
*mors* ; (tt) alium in jucundissimo ætatis flore eques obruit : *3. v. 5.*  
*ecce equus , & quis debat super eum , nomen illi mors* ; (uu) aliū (uu) *Apoc: 6.*  
ex oriente mox vitæ vere pena præcidit : *ecce falx volans* ; *v. 8.*  
(ww) *aliros denique priusquam lucem conspicerent , luce* (ww) *Zach:c.*  
vitali destituit , atque diem ultimam ante primam insti-  
tuit . Tam etiam in homines dira est , ut , quanquam  
nemo falcatas ejus possit effugere manus , tamen *mille*  
*modis lethi miseros nos mars una fatiget* . (xx) Hinc illud (xx) *Stat: 9.*  
est , quod toties audisti à dicentibus : *quia ille gladio cecidit* *Theb.*  
cum Amnone , *ille submersus est cum Pharaone , ille ab alto*  
*ruens cervicem fregit cum Eutycho , ille manducando obri-*  
*guit cum Tarquinio Prisco , ille ludendo finem fecit cum*  
Druso

(yy) Thom Druso Pompejo. Alius igne ut Tullus Hostilius, *alius*  
Kemp: lib: 1. ferrō ut Julius Cæsar, *alius* peste ut Constantinus Mono-  
de imit: Chri machus, *alius* latrocinio interiit, (yy) ut Salvartus. Et  
cap: 23. n. 7. quamvis non in omnes æqualiter, æquè tamen sœvit: qui  
enim hic paulisper distinguimur, tandem ad sarcophagi-  
gum æquamur: *mors sceptra ligonibus æquat.* Umbratile  
illud somniantis Babyloniæ Regis simulachrum omnium  
tandem æquandorum sit argumentum, cuius & summa-  
rum dignitatum *aurum*, & innumerabilium opum *argen-*  
*tum*, & Herculei roboris *æs*, & Spartanæ fortitudinis fer-  
(zz) | Dan: 2. rum lapis sepulchralis in favillam æsiva areæ (zz) contere-  
re assolet. Intueamur Cæsarum Romanorum Alpha  
Julium, quantus dignitate! *omnes unum in principem*  
*congesti honores: circatempla imagines, in theatro distincta*  
(1) L. Anna: radijs corona, suggestus in Curia, fastigium in domo, mensis  
Florus lib: 4. in Cælo; ad hoc pater ipse patriæ, perpetuūque dictator; (1)  
rer: Rom: 6. 2. sed dum supra hæc gloriæ ac honoris subsellia Spurinæ A-  
strologo, & ipsi morti Idibus Martij insultaret, non multis  
post horis tribus & viginti vulneribus humo æquatus,  
pari etiam mancipijs sorte, in cineres abiit. Intueamur  
Alexandrum, fortissimum illum orbis dominorem, quan-  
to labore, famâ, gloriâ, & victoriarum suarum ampli-  
tudine terram implerit, omnemque Heroum, ac Regum  
felicitatem sibi fecerit tributariam? at unam mortem,  
dum vicit omnia, debellare non potuit, & cum penè  
totius mundi spolijs ipse in spolium cessit veribus, atque  
pro quo unus non sat amplius videbatur orbis, Sarcophagi  
angustiæ suffecere. Intueamur opulentissimum Asiacæ,  
Syriæ, atque Ægypti Sultanum Saladinum, qui, etsi  
nunquam alias, vicinu tamen fini vitae summam mortis  
æquitatem, seque ut Irum natum, ut Codrum moritu-  
rum fateri debuit, jubens interiorem tunicam hastæ præ-  
longæ

longæ impositam pro omni pompa funebri per castra deferre, simûlque acclamare: *hoc unum linteum ex totius orientis opibus Saladino restare*, (2) cui de tanto auri, argenti que cumulo nec assem licuit inferre tumulo. Forma vultus viros etsi invincibiles subinde sternat, mortem solam non movet in affectus; & quisquis Narcissulus oculorumstellulis, ciliorum iride, comarum aurô, frontis nive, genarum rosis, labiorum corallijs, dentium ebore, collililijs libitinæ empturis inducias, surdæ fabulam occinis. Sunt semper parcere nesciæ Parcae. Ut denique paucis totam mortis complectar tyranidem: nullum excipit, nil respicit, nec sapientiam Salomonum, nec formam Absolonum, nec vires Samsonum, nec sententias Catorum, nec argutias Maronum, nec lusus Nasonum, nec facundiam Ciceronum, nec philosophiam Solonum, nec victorias Scipionum; & quamvis Hippomanis auri offerantur pondera, (3) quamvis expertissima Galenorum coagententur alexipharmacæ, in ventos abeunt omnia. Mortis vi exauthorantur Illustrissimorum authoritates, dejiciuntur Principum celsitudines, extinguuntur Ducum serenitates, excidunt Regum sceptræ, corrunt Cæsarum coronæ, labuntur Præsulum mitræ, exuuntur Antistitum pallia, pallescunt Eminentissimorum galeri, obfuscantur Pontificum tiaræ. Hæc scilicet à primitiva Proto-parentum noxa derivativa lex, hoc commune omnibus statutum est: mori.

Et hæc ipsa fortasse sunt, quæ hodie videris plangere, O Alma Sodalitas! quod omne sacrum mors impotuna profanet, (4) quod etiam Te Sacrum Cætum intactum non transferit, quod etiam suam albicanti messi Marianæ falcem immiserit, quod etiam in conjunctissimos Sacro-Sancto fædere Amicos ferrum strinxerit, quod etiam filios

(2) *Sen. epist. 91.*

(3) *Paoletti Quadrages. Serm: 1.n.1.*

(4) *Ovid: 3. Am: 8.*

lios tuos charissimos æquè ac Clarissimos truculentè int-  
petierit? sed pone planetum, parce lachrymis: *vivit post  
funera virius*, & virtutum opifices. Ut Phænices, tam  
felices sunt Mariani fæderis Sodales, vitam exuunt im-  
mortalitatis stolâ induendi, putrescunt interminabilis  
gloriæ splendore radiaturi, moriuntur semper victuri.

- (5) *Isid:lib. 3.* *Etsi pietas pro defunctis flere jubeat, fides tamen pro eis luge-  
de sum: bono se vetat.* (5) *Bona enim mors justi propter requiem, meli-*  
(6) *S. Bern:or propter novitatem, optima propter securitatem.* (6) *Justus  
in ep.* quippe si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. (7)  
(7) *Sap. 4.* quia non potest male mori, qui bene vixerit; (8) *imò Beati*  
(8) *S. August:* *mortui, qui in Domino*, aut Domini Matre moriuntur. (9)  
*de dñi:Chri-  
stiana.* Non igitur lugenda, sed laudanda tuorum, ô Alma So-  
(9) *Apoc: 14.* dalitas, defunctorum Confæderatorum Sors, nil dubij  
est illos in felicio Abrahæ sinu vivere, quos Mors è felici  
(10) *Eccl:45.* Gremio tuo abripuit: eorum etiamnum *memoria in Be-  
neditione est*, (10) qua benedictionis memoriam, & me-  
moriæ benedictione plurima ipsos Virtus quam felicissime  
vivisicavit. Illorum profecto memoria in benedictione  
est, quam sibi in humillimis Sacrae exomologeos fre-  
quentationibus conciliârunt: quam sibi ad Divinissimas  
Convivij Eucharistici mensas imbiberunt: quam sibi in  
soltis Marianis Processibus publicârunt: quam sibi Heb-  
domadarijs in Congressibus cumulârunt: quam sibi cru-  
entô ciliciorum, flagrorûmque rigore conscriperunt:  
quam sibi decoro spontanei jejunijs squalore efformârunt:  
quam sibi magnô in egentes effusæ stipis pretiô comparâ-  
runt: quam sibi laudabili prorsus pupillorum, vidua-  
rûmque defensione promeruerunt: quam sibi heroica  
carcerum visitatione, incarceratorûmque quà consola-  
tione, quà liberatione vendicârunt: quam sibi denique  
amicissimo Fæderis Marianij vinculô copulârunt.

At

At hoc solum admiratione, an dolore dignum?

Quod illud Amicitiae Sanc*tum* & venerabile nomen (11)

(11) Ovid:  
lib. 1. Trist:

Adhuc capitali odio perseguatur

Mors vitae humanae pedis equa;

Quae pessis effigie ad nocendum,

Quam familiaris inimicus? (12)

Homini familiaris est Libitina,

Quia nemo magis domesticus;

At per pacis imaginem fallit,

Ut etiam geniale lucis sobolem

Umbrâ mortalitatis funestet.

Ita irruit, quo potuit impetu

In fædus Amicitie, (13)

Quando stirpis Wrbianæ

Grande decus, columenque rerum (14)

(Cui genus à Pronvis ingens) (15)

(12) Boëtius  
lib: de Consol:

(13) Ovid:  
lib. 3. Trist:

eleg: 4.

(14) Horat:  
lib. 2. Od: 17.

(15) Silcius.

Illustrissimum & Excellentissimum DD. Ferdinandum Franciscum Sac: Rom: Imperij Comitem de Wrtby, Dominum in Janowiz, Wottiz, Olbranowiz, Nesdaschow, Sac: Cæs: Regisque Majestatis Actualem, Intimum Conferentiarum Consiliarium & Camerarium

20. Martij,

Temeritate Martiali aggressa,

Sinè fronte, sinè consilio;

Et refractis reverentiae claustris

Temeraria crudelitate prostravit.

Utinam gentilitia vibrasses arma

O Heroum facunda domus!

Stravisses hebetata Lethi inimicè ferientis spicula;

Staret Ludmillæ Gentis insigne decus,

C

Glo-

Gloria magni generis, (16)  
FERDINANDUS FRANCISCUS.

Imò stat!

Sublimius salit accepto vulnere cervus ;  
 Enervata est Libitinæ fortitudo ,  
 Elevata est Herois robusta virtus.  
 Vaticinetur , moesta licet , Musa :  
*Et cornu ejus exaltabitur in gloria.*

Illud inter repetitos subditorum singultus

Votum erat :  
 Utinam vixisses  
 Magna spes altæ domûs ,  
 Stirpis augustæ gloria ,

Civium Amor , subditorum Pater ,  
 Religiosorum Cætum Mecænas !

Horum nemo propitios omnibus adiit Penates ,  
*Quem non animosa beatum exceperit , (17)*  
*Et subito juverit indulgentia censu.*

(17) Horat:

Non habuit impressam æri suo testudinem

Cum Peloponeso ,

Ut tardiùs dispenderetur ;

Sed alas addidit auro ,

Ut celerius , quam rogaretur ,

In deaurandas Cælitum aras evolaret ;

Quando ardore Seraphico plenus ,

Seraphicis Thaumaturgæ Matris Wotticij Custodibus  
 Argento-auream dedit suppellectilem

Ad aræ usum in anathema ;

Cui ut cieret inviolabile decus à Mytis ,

Hos præclaris decoravit apparamentis .

Sine magna beneficentia injuria

Munificam charitatem sui Domini

Nequeunt tacere servi,

Quos soluta servitutis compage,

*Jucunda libertate, & amplioribus stipendijs donavit.* (18)

(18) Cicero.

*Inestimabile bonum est suum fieri.* (19)

(19) Seneca.

Subditos proprijs opibus sustentavit,

Nè suis fortunis exuerentur,

Hos remissâ omnium dêbitorum restantiâ

Novos debitores fecit,

Ut pro anima sua DÉO fierent Oratores.

Oblatas pauperum preces exaudivit,

Expositam egenorum inopiam levavit,

Abjectos afflictorum animos erexit.

Et nè DÉO injurius esset,

Sanctum voluit:

Ut Sacri Domino & Cælitibus dies

Ab omni opere immunes sanctificarentur.

Et hoc perpetuæ successorum ætati transcripsit

Hæreditarium,

Cùm utili præponeret honestum;

Quo Religionis & Pietatis officio

Ad devotionem excitavit domesticos,

Admirari fecit alienos.

Utinam Æmulos!

*Superis Deorum gratus & imis est,* (20)

Cui amica est sapientia.

Talem aliquando venerabundæ suspexerunt

Czechiae Athenæ,

Quando in litteraria Aulæ Carolo-Ferdinandeæ arena,

Non sinè immortali gloria,

Sapientiæ pedi sequa

(20) Horat:  
lib: 1. Od: 1;

Justinianum propugnando,  
Sagacis, celerisque ingenij præbuit documenta  
Reverendissimus, Prænobilis, ac Clarissimus Do-  
minus Michaël Martini I. U. Doctor, Cathedralis Ec-  
clesiae Reginæ-Hradecensis ad S. Spiritum Capituli De-  
canus, nec non Venerabilis Episcopalis Consistorij Af-  
fessor.

Suspexit hanc eximiam doctrinæ molem

In exultæ mentis simulacro

Urbs Orbis, artium Domina,

Cui par est nihil, & nihil secundum, (21)

Hinc in Quirina sapientia

Scientijs Clarissimus

Ad Clarissimorum subsellia est elevatus.

Sapientiæ Virtutum maritavit innocentiam,

Cui etiam suus est honos.

Belgio movit invidiam,

Quod non frueretur illò adulto in Patriæ emolumen-  
tum,

Cui feliciore Lucinâ straverat cunabula.

Angelum in Eo venerabantur peregrini orbis plagæ,

Ad quas duxit & reduxit

De avito Czechorum sangvine summos,

Qui hodie dum in apice honorum fulgentes Intelligentiæ  
Omnium rapiunt animos, & admirationem.

Europæ hemisphærium emensus;

Sæculo videbatur natus;

Postquam verò orbis immensum

Collegit Viennæ in solitudinis Manresanæ punctum,

Ecclesiæ servire cœpit,

Et mox Cathedrale Capitulum Reginæ-Hradecense

In Viro jam orbe altiore

Suspexit Decanum,

(21) Flami-  
neus.

Ver.

*Virtus cui contigit omnis.* (22)

(22) Auso-  
nius.

Hæc eum fecit eminere,  
Ut inter Clarissimos esset Eximus,

Inter Eximios Clarissimus,

Semper tamen sibi similis

Dissimilis illis,

Qui, ubi in culmen evaserunt,

Infra se despiciunt omnia,

Respiciunt neminem.

Mens Michaëlis

Nunquam erat hujus vertiginis conscientia,

Quia fastus ignara.

Hinc cum simplicibus sermocinari, Ei delicium,

Pauperibus amplas eleemosynas largiri, quotidianum;

Quis neget Alexandrini Patriarchæ Aëmulum?

Qui Martini Präfusilis Turonensis

Secutus charismata

Erat in *præmia velox.* (23)

Quovis die Jovis argenteum sparsit imbre

In Codrulos ducentis superiores;

Monetâ deficiente argenteos divendidit scyphos,

Ut in pauperes esset profusior,

Magnus Eleemosynarius

Sveverat innumeras hominum ditare catervas. (24)

(24) Claud  
Quot annis eodē copiæ cornu pharmacopæum recreavit, in Fratr.

Ut etiam malè valentibus esset Galenus,

Omnibus omnia.

Maluit attrita incedere chlamyde,

Sinè luxu,

Quàm egenis stipem non erogare,

Hinc domestica Illi erat gnoma:

*Meliùs est dare pauperibus.*

(23) Ovid:  
lib. i. de Pont:  
eleg. 1.

Aris

Aris erat amicissimus,  
Hinc munificam in illas extendit dextram,  
Prodigus in terris DEI Quæstör.  
Decanalem condidit Residentiam,  
Episcopale dotavit Seminarium,

Novit quippe illud Poëtæ :  
*Extra fortunam est, quidquid donatur amicis.*

Fervidæ naturæ victor erat magnanimus,  
Ut nè iræ effervescentis scintillula notaretur.

Eò magis flagrabat Eucharistici Numinis amore,  
Cui nullo non die ad aras stetit

Ardentissimus Mystra ;

Quid mirum ?

Quotidie ex asceticis Magni Salesij elucubrationibus  
Hos collegit ignes,

Quibus seipsum gloriose consumpsit,  
Cùm Cælo & terræ acceptus

Pientissimè vitam consummaret ;  
Et cùm vivus hominibus dedisset omnia,

Seipsum moriens reddidit Creatori.

## MAGNA RUINA

Non nisi magnis deploratur gemitibus,

Qui, si in verba se se exonerant,  
Magni esse desinunt.

Dolor, cùm tacet, maximus est,  
Et disertiùs perorat lachrymis :

Nam

Lachrymæ pondera vocis habent. (25)

Inde aptior hic plorationi locus, quam orationi ;  
Quia ruit, dignissimus stare

(25) Ovid:  
lib: 3. de Pont  
eleg: 1.

Reve-

Reverendissimus, Prænobilis, ac Amplissimus Do-  
minus Henricus Guilielmus Pechatzek, AA. LL. &  
Philosophiæ Magister, SS. Theologiæ Baccalaureus  
formatus, Protonotarius Apostolicus, Regiæ & sem-  
per Catholicæ Urbis Plsnæ Archi-Diaconus, Prælatus  
Insulatū, Regiæ, & Exemptæ Vischehradensis Eccle-  
siæ ad SS. Petrum & Paulum Canonicus, nec non per  
partem Districtū Plsnensis Archi-Episcopalis Vicarius  
Foraneus, Congregationis nostræ ex ultima voluntate  
Benefactor.

Deflet hodie dum elusa iu Pastore suo vota

Plsnensis Paroecia,  
Dolet ereptum sibi Patrem Patria,  
Proto-Notorium Apostolicum,  
Archi-Diaconum & Prælatum,  
Canonicum & Vicarium foraneum  
Ecclesia.

Nutricium amissum gemunt pauperum contubernia,

Quæ pudet esse lachrymarum parca,

Ubi plenis alveis in se derivata acceperunt beneficia.

Lugeant integris sæculis!

Et non satis deplorabunt

Virum sæculis dignum.

Tenui natum Lucinâ

Virtus nobilitavit.

Tam profundæ humilitatis erat,

Ut etiam in Prælaturæ constitutus dignitate

Se se nemini prætulerit,

Subjecerit omnibus.

Obscuro quidem genitus sanguine,

Nec ullius nobilitate minor. (26)

(26) Ovid:

lib. 2. Trist:

(27) Statim:

§l. 2.

Obscuram proavis & prisca lucis, egentem matrem, (27)

Ea

Ea filiali comitate complexus est

Humilis Præsul

Ut nunquam exiret domo sua,

Nisi habitâ per infixum maternæ dextræ basium  
licentiâ,

Et acceptâ à manu genitricis benedictione.

(28) Mar-  
tial:

O quām blandus es - Matri! (28)

Ecce Sacerdos Magnus,

Qui in diebus suis placuit DÉO,

Et inventus est justus,

Qui magnum implevit genitricis amorem,

Animæ maternæ dimidium.

Magis erat in Matre DEI

Devotus Filius,

Cujus beneficio , ut ipse ajebat , educatus ,

Et in vita conservatus fuit.

Dum vivere desijt , vitam Servatrici reddidit ;

Nec cælum alia , quām humili viâ petere voluit ,

Humi supra stramen

Sub Magnæ Matris iconismo

Collocari petijt ,

Ut sub hujus auspicijs

Quò vicinior esset terræ ,

Minimè terræ filius

Olympo citius appropinquaret .

Rarus amor tali conjunxit fædere amantes. (29)

Nihil egit , nihil cogitavit ,

Nisi quod cælo esset conjunctissimum .

Hinc pietate in DÉUM ,

Liberalitate in pauperes ,

Comitate in adversos ,

Charitate in omnes

(29) Catul-  
lus.

Præ-

Præcelluit semper.  
In priore contagiosa mortalitatis strage  
Decanus Horszovicij  
Flagrantissimè animam suam posuit pro ovibus  
Et spiritualis & corporalis Æsculapius;  
Animæ non solum Eucharisticum largitus est pabulum  
animabus afflitis in viaticum,  
Sed ipsis corporibus lue virulenta afflatis  
Manu propria malagma applicuit in pharmacum.  
In hac calamitosa tempestate,  
Quâ ipsa Plsna pestifera contagione infecta fuit,  
Se pari charitate exhibuit Archiatrum.  
Prælatus ardentissimus.,  
Tanto in ambona ardebat fervore  
Zelosissimus Ecclesiastes  
Ecclesiasticus Zelotes,  
Ut non auditores tantum, sed & factores Verbi (30) (30) Jacobi  
Copiosò animarum lucrō  
Solatiosissimè semper consiperet.  
Nec mirum:  
Dum alijs prædicaret, Ipse nunquam reprobis effectus,  
Utpote lucerna super candelabrum posita (31) (31) Matth:  
Nitidissima vitæ exemplaris luce  
Præfulgebat;  
At tam ignea activitate,  
Ut penè illud: *alias consumor in usus*,  
Præco Divinus ad inexstinguenda sui præconia,  
Non priùs pro concione dicendi,  
Quàm vivendi fitiem anhelans,  
Crescentibus multùm annis,  
Decrescentibus non parùm viribus  
Experiretur;

D

Nisi

Nisi domesticus corporis Galenus  
Etiam Conscientiam tangens  
Verbis & herbis

Ita curâasset,

Ut in plures adhuc annos, si non verbis movere;

Saltèm exemplis trahere posset

Vir summæ ædificationis,

Quomodo Urbs semper Catholica

Universim fieret ædificatio DEI, (32)

Civitatem sanctam Jerusalem novam, (33)

De viris & electis lapidibus

Olim constitutura,

Quoad vixit, arsit

Ad alienam inopiam, aut lucum sublevandum; (34)

Horruit enim Divinae Nemesis anathema:

Judicium sine misericordia illi,

Qui non facit misericordiam. (35)

Sive ambularet, sive federet, sive iterageret;

Oravit; haud ignarus Divini dogmatis:

Bona est oratio cum jejunio & eleemosyna. (36)

Hac comite virtutum Triade

Inter dulcis amoris lachrymas cælum adivit;

Mundò major Zelotes,

Postquam munere Parochi Zelantissimi anno unō,

Dœcani annis. 26. Prælati Plsnensis 24.

Functus fuisset

Vir æstimatissimus.

Hoc munere postremo & vitâ defungi citius non voluit;

Quam ut aetæ vitæ veniam peteret

Per Sacrum Præconem ex ambona,

Qui in vita nihil egit

Nisi dignum præconiō.

Qui

(32) 1. Cor:

3.

(33) Apost:

21.

(34) Iust:

Lippsius

(35) Jacob

2.

(36) Tob: 12.

Quiesce tandem !  
O mihi non dubios inter memorande Sodales !  
Quiesce !

LAus perennis & nominis immortalitas  
Hominum vita est,  
Quæ nec fatis eripitur, nec fortunæ cedit.  
Sincerus amicus  
Fatô, & fortunâ est altior,  
Cedit nulli, quia neminem cædit,  
Sibi semper constans.  
Hinc orbis expectatio est,  
Dum certus in re incerta cernitur.  
Talem se comprobavit

Reverendissimus, Prænobilis, ac Amplissimus D.  
Laurentius Lucas Knauer, AA. LL. & Philosophiæ Ma-  
gister, SS. Theologiæ Baccalaureus formatus, Sacri Ca-  
nonici Ordinis S. Jacobi Minoris Apostoli Custodum S.  
Sepulchri Dominici Hierosolymitani, Regij, & vetustis-  
simi Cænobij Zderaseni Neo-Pragæ ad SS. Petrum &  
Paulum Apostolos, cum pendula duplici rubea Cruce  
Præpositus infulatus

Cum animam suam faceret vestigalem  
Pro salute proximi  
Tiaris dignus Operarius.  
Erat infirmis vitæ medicamentum  
Indefesus animarum Medicus,  
Dum seipsum in Charitatis panaceam  
Contagiosa lue immolavit.  
Nec laborem sensit : quia amavit,  
Amanti nihil difficile.

Laborantibus junxit manum, ut adjūvaret.

Herculeis armis  
Succollavit pressos, levavit depresso  
Constans Amicus.

Obtigit illi tandem amicitiae fructus  
*Aeternitas beata,*

Postquam inter duas Ordinis Gentilitias Cruces

Inter Laurentianos ardores obiit

Ferventissimus Christi imitator;

Non tam vivere, quam videri desit;

Zelosissimus per 26. annos animarum Curator,

Dignus, qui inclinatum pondere meritorum caput  
Submitteret infulæ Præpositus & Prælatus.

Est nunc in pace locus ejus,

Qui ex toto erat Hierosolymitanus,

**Q**uousque abutere patientiam nostram  
Infamis Libilitina!

Egredere tandem ex arena

Sanguinaria cæsa mortalitatis area!

*Aspera dum positis mitesunt secula bellis! (37)*

Egredere!

*Et placidum compone fædus! (38)*

At surda cano!

Tacito clam venit illa pede,

*Avidis pallida dentibus*

*Montes Vallibus æquat. (39)*

Denuò Mors Martem induta

Dat galeam capiti,

Uit felicioris Militiae Caput sternat securius,

Huc lachrymæ! huc parentales næniæ!

Caput suum dolet acephala Egrensis Commenda.

Pallebit gentilitia ordinis Militaris stella,

(37) Virgil:

1. Aeneid:

(38) Id: 10.

Aeneid.

(39) Seneca  
in Her. fur:

Dum

Dum sub cruce jacet,  
Qui providus stetit Commendator,  
Et in reformatæ fidei orthodoxæ momentis  
Perpetuus Commissarius  
Reverendissimus, Prænobilis, ac Amplissimus D.  
Joannes Maximilianus Thalheimb de Thalheimsberg,  
Sac: Militaris Ordinis Crucigerorum cum rubea stella  
Egræ Commendator,  
Nulli non commendatissimus.  
Hoc madidas lachrymis extergit pupillas,  
Quod post tam luquosum funus  
Perenne gerat nomen  
Æviternâ dignus vitâ.  
*In signem pietatis Virum (40)*  
Undique vestigales celebrant amicorum calami,  
Prædicant cordatorum linguæ,  
Clamant tot celebria Religionis monumenta.  
Militavit sub gloriosissimo Crucis labaro  
Nunquam sine palma,  
Nunquam sine gloria,  
Alienis semper clarus in oculis, obscurus in suis.  
Talis militia  
Certius inscribit gloriæ patrimonium.  
Reverendissimo, ac Celsissimo Principi  
JOANNI FRIDERICO  
è Comitibus de Waldstein  
Archи - Episcopo Pragensi, Legato Nato, Sac:  
Rom: Imperij Principi, Regni Bohemiæ Primiati, S. Mili-  
taris Ordinis Crucigerorum cum rubea stella per Bohe-  
miam, Moraviam, Silesiam, Polonię Generali ac  
Magno Magistro  
Erat à Cæremonijs probatissimus Minister;

(40) Virg: 2:  
Encl:

Hono-

(41) *Claud:  
in Epith: Pal-  
lad: & Celer:*

*Honoris per cunctos ijt ille gradus. (41)  
Amabili cum omnibus usus consuetudine,  
Affabili semper supercilio,*

*Illicium fuit summis & imis, ut amaretur.  
Et quò plus respiciebatur, eò magis se despiciebat,  
Seu cùm per annos 20. Ponti, seu per annos 14. Egræ  
Commendaret.*

*Tam excelsa animi demissi in Eo elucebat moderatio!  
Disertus alienarum rerum erat encorniastes,  
Suras non attingebat vanus Commendator.  
Nulli non hominum cordatè junctus erat,*

*At DEO conjunctissimus,  
Cui horarum Divini officij pensum eosque devotissime  
persolvit,*

*Donec naturæ debitum solvere cogeretur.  
Jam ad evibrandum fatale telum*

*Arcum tendebat Lilitina,  
Illam Latrocinantem militari tessera  
Magnanimus excipiebat Heros :*

*Sicut DEO placet;*

*An non æquum sit, ut stellæ abeant in funalia,  
Nunquam à parentantibus Egrensum lachrymis  
Exstinguenda?*

*Multum ausa est mortis temeritas,  
Dum gravem virtutum pondere virum,  
Recte actorum trophæis onustum,  
è medio levavit*

*Non levis armaturæ Heroëm.*

*Imò levis erat :*

*Quidquid grave habebat, in egenos disperitus est.  
Ponti à Vulcano tumulatam cineribus pauperum  
rediviviscere fecit domum,*

*Maria-*

Mariani Cætūs Egrensis labaro  
Iteratō Rector Zelantissimus  
Gravem aurō & argentō imposuit crucem,  
Perenne ardentissimi in Crucigerum Theandricum  
Affectū simulacrum.  
Sub hoc labaro, quoad vixit, militavit,  
Servata constante cum DEO & hominibus pace;  
Vatinianō duntaxat in Hydram heterodoxam  
Ferebatur odio,  
Hanc apud Norcios ferre non potuit  
Herculeus Commissarius,  
Suum etiam exhausit ærarium, ut hanc colluviem  
exhauriret  
Gloriosus Christi Strategus,  
Demū dattō receptui signō,  
( Ut inter signatos Christi cruce citius reciperetur )  
Ad Aciem Castrorum ordinatam Culmæ,  
Gloriosissimus sui Victor,  
Corpus mortale tumulo capi voluit,  
Animam in pace transcripsit Olympo  
Laureā dignus immortali,  
Quam illi inclyta adornavit Virtus,  
Imposuit Pietas & Fortitudo,

O bdurescere videretur cum Niobe in Saxum  
Alma Sodalitas nostra,  
Nisi hodie liqueceret in lachrymas.  
Quia amicum perdidit.  
O sortem asperam!  
*Non ultimus inter amicos* (42)  
Erat

Prænobilis, ac Generosus Dominus Franciscus  
Adamus de Camellern, Sac: Cæs: , Regiaeque Majestatis  
in

(42) Ovid:  
de Pont.

in inclyto Bohemiæ Regno rei Militaris Commissarius,  
Congregationis nostræ ex ultima voluntate Benefactor.

Vix nostrarum fiducia rerum comparuit,  
Disparuit præcisa à morte in herbæ cunabulis.

Abiit bello & pace magnus  
Qui sese totum consecraverat Patriæ,  
Quando nullius defuit commodo,  
Æquè uni beneficis, quām omnibus.

Sub Augustissima Triade Cæfarea  
**LEOPOLDO, JOSEPHO, & CAROLO**  
Martis tractavit negotia Commissarius,

Ea arte:

Ut dum etiam à maximis Imperij Principibus  
consuleretur,

Videretur Athenæum;  
Cùm responderet,  
Audiretur Oraculum.

Innata illi humanitas  
Cum hominibus natum esse notabat;  
Paulò minor videbatur ab Angelis,  
Quando Cæsarearum legionum Dux evasit,

*Multa cum luce cucurrit.* (43)

Eò dignus elogiô,  
Quòd ad altiora gloriæ limina  
Ei ducatum præstisset sagata Pallas,  
Nisi Mors Marti invida  
In Olympijs gloriæ currentem  
Fatali fossâ præpediisset.

Pulcherrima animi excelsi decora  
Neminem non traxerunt in admirationem,  
Seu domi, seu foris ageret negotia.  
Rarâ in oculis modestiâ,

Sin-

(43) *Luca-*  
*nus.*

Sincero in pectori innocentis animi candore,  
Cerbrioribus integerrimæ vitæ documentis,  
Non obscuris teneræ conscientiæ exemplis,

Novâ veluti quadrigâ vectus

Omnium captivavit animos,

Comitatis innatæ vinculis

Singulorum tenuit pectora

Nulli non devinctissimus,

à Quo vel beneficij umbram fuerat expertus.

Lachrymis absorbebantur pauperes,

Postquam de tristi Patris sui fato facti certiores,

Imò æstu doloris exaruerunt,

Dum munificentiae alveum

Vitæ clavigera occlusit Libitina.

Eadem illi mens fuit, quæ lingua,

Idem sermo, qui animus.

Et quod in orbe par miraculo est,

Erat sine fastu, sine fuco

Idem in ore, qui in corde.

Spectabatur ab omnibus, utpote totus ad candorē natus,

Omnibus tam facilis, quam gratus.

In perficiendis muneris sui negotijs

Strenuus & justus;

Inscribebat illi militaris Astrea elogium :

Nec munera curat. (44)

Sufficiebat illi nominis excelsi splendor,

Grande virtutum pondus,

Et justitiæ pretium;

Cui per alieni æris splendorem

Invehere umbram nefas duxit.

Vix ullus tamen fuit Religiosorum Cætus,

Qui munificam ejus dextram non fuit set expertus.

E

Vigi-

(44) Virgil:

Vigilantissimus alienæ famæ fuit Custos,  
Hinc arctam ori suo posuit custodiam;  
*Bis ad limam semel ad linguam,*  
Nè, ut ut facundus erat,  
Vel verbi etiam analogi umbrā.  
Nomen vellicaret alienum,  
Famæ Harpijs intensissimus.  
Hinc ejusdem fama jam aris incisa,  
Quas munificè locupletavit,  
Et Cælitum inscripta fastis nomina  
Æviternūm legenda perennabunt.

**H**Uic Amicorum Marianorum defunctorum numero  
Annumeratus plangitur, cui mox post fatalē  
Amica Vicinitas parabat Epitaphium:  
Consiste hic paulisper  
Olim, imò brevi eò discessurus,  
Quò jam abiit,  
Qui hic quiescit à labore  
Indefessus in vinea Domini operator,  
Dormit in Domino  
Vigilantissimus ovium Christi Pastor  
Admodum Reverendus, Doctissimus, ac Præcel-  
lens D-Nicolaus Antonius Polinczky, AA. LL. & Phi-  
losophiae Magister, SS. Theologiae Baccalaureus, Cu-  
ratus Nautilonicensis,  
In quo Mors invida  
Esurientibus Nicolaum,  
Sipientibus Verbum DEI Antonium,  
Creditis sibi oviculis utrumque  
Eripuit.  
Non tamen mirare.

Pre-

Presbyterum extra Presbyterium  
Tumulatum,  
Non vitæ, sed morbi, ac saxivitium,  
Templō, non tamen cælō  
Illum exclusit.

Vixit, & obiit totus septimus:  
Numerans annos vitæ triginta septem,  
Postquam Curæ animarum laudabilissimè præfuit,  
& profuit annis septem;  
Fatis cessit die Octobris septimo,  
Annō supra milesimum septingentesimum declinante  
In bis septimum.

Hinc totus Sabbathicus ac Jubilæus,  
Qui Sabbathō à labore & vita desijt,  
Sempiterna in Cælis Sabbathā  
Inter Cælitum jubilos

Cum *DEO Sabaoth* celebraturus. (45)  
Gloriae dignissimus, inglorius latere studuit,  
Imò palam gloriari novit,  
Sed vir Apostolicus cum Apostolo  
*In Cruce Domini Nostri JESU Christi;* (46)  
Quam pro Insigni ita cordi insculperat,  
Ut exinde legeretur,

Quantum Crucis Domini & Dominis Cruciatis,  
Cliens nunquam non gratissimus,  
His pro cænis, illi pro cælis  
Debeat.

Paulinæ legis peritus  
*Opportunè & importunè,* (47)  
Obsecrando & increpando,  
Tum publicè, cùm privatim  
Verbum DEI imperterritè prædicabat,

(45) *Jerem:*  
11.

(46) *Gal: 6.*

(47) *2. Tim:*  
4.

Prædicator æquè, ac Precatot egregius.

(48) *Math:*

Nec unquam insulsi salterrae (48)

Oves suas pascebant;

Quibus quoties salutiferæ doctrinæ proponebat salutem,

Et quod sali alias per naturam:

Liquare & eliquari,

Id suis factitabat ad gratiam,

Dum iij perfrequenter in paenitentes liquati lachrymas

Sacrum ad Tribunal penè diffuebant.

Licet porrò

Hoc sal, non infatuatum, conculcetur jam ab hominibus,

Non tamen ejicietur foras

A deliciissima Regis Regum mensa,

Quam Mystra quotidianus

In Pane Eucharistico prægustabat;

Quo Pane non jam subcinericio, sed transsubstantiatio

Triticeo

Pro grandi æternitatis via confortatus,

In fortitudine cibi illius (49)

E moniculis Joanneis \* usque ad montem DEI

Ambulasse confidentissime creditur.

(49) *Reg: 19.*  
\* *Ecclesia Parochialis, cui  
praerat, vo-* Nè mensæ domesticæ sale, & salibus destituta dissiperent,  
catur: S.

JANINA  
Hortul.

Illum salutaria lecitando,

Hos, pia concinendo

Sæpe numerò procurabat.

En tam perfectæ vir Virtutis!

In hoc solum bis, at sine nævo, imperfectus,

Quod à cæpta Nautonicij Sacrae ædis Joannæ restaura-  
tione,

Et Apostolico peste intoxicatis inserviendi Zelo

(quod & se, & alios multum inflamarat)

Morte abstractus

Be-

Bonas intentiones effectu coronare nequiverit.

Sed

Quia & virtutum perfectio est: voluisse,  
Hinc de pace æviterna , virtutum corona

Minus dubita ,

Quam olim ætherei Choragi

Hominibus bona voluntatis (50)

Dulcione spoponderunt.

Requiescit, uti piè confiditur, in S. Pace ,  
Minus fortè ex Ecclesiæ Gazophylacio indigus

Quadragenæ,

Jam ; quod debebat, exsolvit quinquagenâ,  
Alma sodalitatis Marianæ

Ex ultima voluntate Benefactor non postremus.

Non filium duntaxat Alma sodalitas ,

Sed & Patrem familiæ domi noverat

Marianum ,

Quacum indiès Rosæ Mysticæ , Cæli Regina

Rosæ Sexies Decadali coronâ

Vesperi valedicebat.

Nil supereft dubij

Illum in gloriofo Christi Regno

Inter benedictos Patris Israëlem vivere ,

Qui vix bihorio prius quam à laudabili vita

Lucta dimitteretur ,

A velato , & submississimè sub candidis Panis speciebus

Adorato Æterni Patris Filio ,

(Quem Mysta ad postremum agonizantibus robur

Casu tunc aliò præterferebat )

Raro , & charo prorsus eventu

Fuit benedictus.

Hujus

Hujus ergo Manibus amicè precare, fave,  
Et vale.

Quām exosa est Mortales

Amico fædere junctos  
Libitina, illa dissoluta ossum compages!

Etiam dum odit, sibi similes facit.

Involuit humile pariter & celsum caput,

Æquaque summis infima, (51)

Et ima summis.

Inexorabile fatum!

Adamantina rumpit fædera, fædifraga Circe,

Dum haud æquo pede pulsat

Pauperum tabernas, Regumque turres;

Regalem animum à Mariano corpore

Separat amara mors,

Dum nobis avellit

Admodum Reverendum, ac Eximum Patrem  
Henricum Schmidt, è Soc: JESU, SS. Theologiæ Do-  
torem, Seminarij S. Wenceslai Vetero-Pragæ Regen-  
tem actualem.

Huc Intelligentiæ Wenceslainæ!

Osseum disarmate Vespillonem!

Feralem jam stringit falcem, ut feriat Caput,

Feriendo Marianum dissolvat Corpus.

Egressa è Tripoli Pragena falcigera Tyrannis

Comite pestilentia

Petit rus, & ausu rustico

Malignam falcem vibrat,

Ettangit caput magnum,

Quia Wenceslani Contubernij Phœbum.

Ita Mors & fugacem sequitur virum,

Nec

(52) Horat:

lib: 3. od: 9.

*Nec parcit imbellis juventæ poplitibus,*

*Timidove tergo.* (52)

Sed non fugit regalis Henrici animus;

Qui in arenam, gloriæ aream

Ferocientem provocavit Libitinam,

Quando ardentissimus Zelotes

In hac calamitosa afflictæ latriæ tempestate

Petijt, sed non obtinuit,

Charitatis fieri victima

Vir aris dignus.

Altiori acquievit nutui, haud ignarus:

Meliorem victimâ esse Obedientiam.

Cecidit tamen vir desideriorum,

Et vel inde de morte detriumphata

Victorias locuturus & triumphos.

Hoc spondet amica DEO, & hominibus vita:

Illi fuit conjunctissimus,

Ab his nunquam separatus

Seu regeret, seu regeretur.

Tam ad alta natus erat, demissus cæteroquin

Henrici animus,

Ut præesse judicatus sit sæpius,

Qui subesse maluit semper,

Honorificè crebro exceptus,

Etiam in purpura Eximus sancto rubore suffundebatur,

Et quem jam integra avebat Provincia

Præpositum,

Hujus mens usque humillima oppositum

(Sese cunctis postponendo)

Precario prætulit,

Illud tacite sibi occinens:

*Bene qui latuit, bene vixit.* (53)

(53) Ovid:

Trist: lib: 3.

Quan- Eleg: 4.

Quantò verò animus præstat corpore,  
Tantò eminentiora temporalibus spiritualia Henrici  
Regimina,  
Quis tam biennali illo tenellæ Juventutis Magisteriō,  
Quam supremā adultoris perfectionis Cyclopædiā,  
Tantus tantorum Magister  
Adeò scitè fabricavit,  
Ut in suis Religiosarum Meritum fabricis  
Post fata superstes  
Viva inter encomia  
Hodiedum memoretur, & moretur.  
Separavit Eum quidem à mortalium confortio  
Mors homini inimica,  
Ut esset vicinior DEO,  
Qui in vita nunquam desijt esse JESU socius.  
Jam votis eruptus est omnium,  
Qui ad non nullius votum vixit,  
Cultissimæ in D E U M pietatis prototypon.  
Nunc beatæ æternitatis adscriptus inquiliinis,  
*(His amor unus erat)* (54)  
Excessit vitâ, non hominum animis,  
Nec magis marmori,  
Quam Societatis JE SU pectoribus insculptus  
Candidus perennabit amicus.

(54) *Virgil.*  
*lib: 9. Aeneid.*

**H**osigitur, aliósque plures sociatos quondam Vobis  
Honordissimi DD. Sodales Parthenij, Mariano  
fædere amicos hoc hodie proponit funerale pegma, è quo  
non mors quasi victorias suas, triumphosque deprædicat,  
sed factum *Index Sanctæ Amicitiae* non tam facerrimam  
Vestram Amicitiam in effectus deducit, quam in lucem  
producit. Nec mirūm, quod inter atras Libitinæ um-  
bras

bras Amicitiæ Vestræ reaccendantur: lux eisdem amici-  
ca inter tenebras tum utilè, cùm deliciosè semper splen-  
dit. Néque dicenda incongruens Mortis & Amicitiæ  
consociatio; fortis enim *ut mors dilectio.* (55) O fortissi-  
mum Fæderis Mariani vinculum! quod nec omnifragum  
alias mortis ferrum rumpere; ô ardentissimos Fæderatæ  
Amicitiæ focos! quos nec stygiæ Lethes undæ valent ex-  
stinguere. Profectò siquod *Amicitiae species Sodalitium* (56) Aristor:  
(56) est, ea Sodalitium est Parthenium, & in Sodalito A-lib: 2. Rhed:  
amicitia vestra Honorandissimi DD. Sodales in DEIpara ad Theod: c. 4.  
Virgine Confæderati, quos in vite arescentem etiam ul-  
mum amplexante effigiatos neque disjungit fædere summa (57) Acciat:  
dies. (57) Purpurati quidem Bethlemitæ querimonia est: Embl: 195.  
Amicus diu queritur, vix invenitur, difficile servatur; (58) S. Hie-  
Sed hæc dicta sint extra Sodalitium hocce Marianum, in ron: epist: ad  
quo Amici reperiuntur quam plurimi, existunt servatu fa- Ruffr:  
cillimi. Hinc non olim duntaxat *Summa fæderum Roma-* (59) L. An-  
manis, sed & hodie Romano-Marianis religio est, (59) na Flor: rer:  
ut, quam toties è philotesio cratero ad mensam Euchari-Rom: lib: 2.  
sticam propinastis, nec eam amicorum absentia, nec mor- c. 6.  
tis truculentia annullare possint. *Omni* videlicet tempore  
diligit Marianus Amicus. (60) Mercenaria nimium ea est (60) Prov:  
amicitia, quæ amicorum præsentiam, & vultus depositum: 17.  
veræ etenim amicitiæ probatio non in amando visum, sed  
non visum plurimum consistit; amare & videre beatitu-  
do est: amare & non videre amor & amicitia est, quali  
Vos Honorandissimi DD. Sodales Mariani erga Conso-  
dales Vestros obtutibus per fata abreptos spontaneè ob-  
strinxistis. Stupuisti aliquando, & non immerito, ô Gen-  
tilitias! Phocionis & Nicoclis amicitiam, Xenocratis &  
Platonis amicitiam, Lucilli & Bruti amicitiam, Pyladis &  
Orestis amicitiam, Damonis & Pythiæ amicitiam, quo-

rum alter præ altero emori, aut alter cum altero comori promptissimi erant animi; Mirata es quondam, & non abs re, ô Antiquitas! Æneæ & Achatis fædera, Thesei & Pirothoi fædera, Davidis & Jonathæ fædera, quæ nullis unquam periculorum difficultatibus frangi potuere. At egredere nunc de cinere tuo, cui infossa jaces, egredere ô Gentilis Antiquitas, ô antiqua Gentilitas, & egrediendo intuere, intuendo perpende, perpendendo agnosce, agnoscendo stupe, stupendo fatere, fatendo deprædica: tuas quascunque amicitias & fædera vix umbram fuisse, imò huic fæderatæ Amicitiæ, cuius hic Index hodie reminiscitur, comparata in fumos abiisse. Nónne tua quondam amicitiæ fædera plerumque tempori serviebant? hæc etiam absentes: nónne tua multum ambitiosa erant? hæc verò gloriofa: nónne tua vix ad mortem usque vigebant? hæc etiam post funera: nónne tua in corpora duntaxat ferabantur? hæc etiam ipsos in animos. Hodierno sanè tempore Darius non unum Zopyrum præ centum Babylo-

(61) *Paul:nijs*, (61) sed unum fædere Partheniô obstrictum Amicum *Manutius* 1: præ mille Babylonij, Zopyrisque feligeret; quandoquies. *Apoph: n.* dem nihil fæderum, pactorum, ac promissorum omnium 7. religione sanctius Marianâ bac Confæderatorum Amicitiâ. Cadat licet osseos inter cumulos fæderatorum non nemo, rupe firmius utraque ex parte stat, æternumque stabit fædus: neque veluti parasitica Herodianorum amici-

(62) *Mattb:tia*, qua cum iij adhuc superstites defundi sunt (62) durare consuevit. Tam ampla videlicet est Marianorum Amicitia, ut tumulo minimè includi possit. Illa animorum est conjunctio, quos nec locus, nec loculus novit dirimere.

Hinc estò quòd absint iij, quorum paulò ante dignissima astris audivimus merita: mors quidem illos absentes fecit corpore, at non à fædere: deest quidem eorum præsentia,

sentia, sed non abest amicitia ; nam quid amicitiae nocet ab-  
sentia, quominus tecum, ubicunque sit, amicus sedeat, ambulet, (63) Franc:  
colloquatur ? (63) Adsunt proinde, loquuntur , ac ex hoc  
funere, hodie theatro, præsertim iij, qui forte in illo ad sol-  
vendum usque ultimum quadrantem contractum huma-  
na fragilitate debitum detinentur ergastulo , Vos Hono-  
randissimi DD. Sodales, alloquuntur : *Miseremini mei, mi-  
seremini mei, saltēm vos Amici mei !* (64) *miseremini ! & li-*(64) *Job: 19.*  
berate è carcere, quo detinemur ; *miseremini ! & discutite*  
tenebras, quibus involvimus ; miseremini ! & extingvi-  
te flamas, quēis cruciamur ; *miseremini ! & Olympi pan-  
dite fores, quo excludimur ; miseremini ! & Societati indu-  
cite Superorum , quam aspiramus ; *miseremini ! & ante*  
conspectum nos ponite supremi Numinis, quo dolenter  
privamur. *Saltēm vos Amici* qui uno nobiscum connec-  
tabamini sanguine ; *vos amici*, qui uno nobiscum officio-  
rum, studiorūque convivebatis munere ; *vos amici*, qui  
singulari nobiscum animorum gaudebatis necessitudine ;  
*vos amici*, qui uno nobiscum sacrō olim abluebamini flu-  
mine ; *vos amici*, qui uno nobiscum Theandri enutrieba-  
mini corpore & sanguine ; *vos amici*, qui uno nobiscum  
ad huic dum tenemini fædere. Hic nempe *Index sanctorum*  
*Amicitiae* nîl aliud magis , ô Honorandissimi DD. Sodales  
Mariani, indicat, indicandoque postulat, quām vestram ,  
etiam cū defunctis pactam Amicitiam in præsenti eo-  
rum absentia, egentiāque perdurare.. *Mortem esse similem*(65) *Socrat:*  
*profundo somno* (65) etiam Gentiles philosophabantur : *apud P. Ma-*  
*hunc igitur somnum mortis plurimus cum Lazaro Ami-* *nut: lib: 3. A-*  
*cus noster dormit* (66) non inter quatriduanos, sed forte (66) *popht: n. o.*  
ultra quadrimestres purgantium incendiorum fatores ;  
quia verò qui amant , sibi somnia fingunt, (67) hinc ô Ho- (67) *Jan: 13.*  
norandissimi DD. Sodales super hōsc dormientes Ami-  
cos*

cos Vestros non tam somnia singite, quām eorum lamenta memori mente depingite; illis veltrā suspirant opem,

(68) *Ioan: 5.* qua ad resurrectionem vita (68) solatissimè suscitentur.

Cremantur fortè non nulli sub lapide sepulchrali, at quem, Veltrā debitæ pietatis arte, in feliciorem lapidem philosophicum cupiunt elaborari, quo omnis eorum imperfectio

(69) *2. Cor: 4. v. 17.* in aureum eternum gloriae pondus. (69) sublimetur. Pur-

(70) *Virgil: ad Mecen.* gantur fortè aliqui velut aurum cineres interque favillas;

(70) *scoriæ ad immarcessibilem gloriae coronam* (71) expolientur,

(71) *i. Petr: hæcque cinerum fuligo in stellarum fulgores accendetur;*

5. siquidem *DEUS loquens Abrahæ de glorioſa filiorum suorum posteritate.* Cujus felicissima portio es Tu ô Alma sodalitas Mariana) nunc eos pulveri, nunc stellis comparavit, ut eos doceret, quod cō pacto evaderent stellæ, si in cineres resolverentur;

(72) *Philo.* hinc ut hæ stellæ, incineratorum Confæderatorum animæ eò velocius ad fixas Cæli empyreis edevolent vobis amicè opitularibus, sorte plusquam dædalea, sustollentur ibidem perpetuas æternitates radiaturæ.

(73) *Socrates loc: cit:* Si denique mortuum esse diuinæ peregrinationi (73) est insisterè; ut proinde pij defunctorum Consodalium Manes ab infero pænarum deserto, superiori mellifluæ Promissionis plagæ inducantur, diu noctuque ignitis devotionis

vestræ affectibus præire fædera exigunt Mariana. Unum adhuc hic *Index Sanctæ Amicitiae* sollicitatur, ut inter solita

hodierorum suffragiorum Anniversaria Requiem  
Æternam pie precemur ijs, de quibus

D I X I.